

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Pusillanimitas b  
cum fonte primo

Deiecte mentis est qui familiaris rei  
meminit cum uocatur ad regnum. Iacens  
animus plebeum nummulum thesauris  
regalibus anteponit. Pauper sensus qui  
paruis incumbans perdit magna, et  
inhians temporalibus perdit sempiterna.

Petrus Rauennas.

Deiectae mentis est, qui familiaris rei  
meminit, cum uocatur ad regnum. Iacens  
animus plebeium nummulum thesauris  
regalibus anteponit. Pauper sensus, qui  
paruis incubans perdit magna, et  
inhians temporalibus deserit sempiterna.

Petrus Chrysologus, *Collectio  
sermonum*, 22, 2 (CCSL 24, A. Olivar  
ed., p.130, ll.23-27).